

QK. 245.

(X2000399)

39

Carmen Elegiacum,

Z 6

4645

IN NATALEM
CLARISSIMI, EXIMIA
PIETATE, DOCTRINA, ERV-
ditione, dignitate & meritis in Rempub.
literariam ampliss. & præstantiss. viri Dn.
HIERONYMI GUNTHERI,
Philosophiæ ac I. V. Doctoris, ac LL. in
inclita Academia Lipsensi Professoris pu-
blici, nec non supremæ curiæ iudicij prouincialis
Aduocati dignissimi, Dn. promotoris &
patroni sui loco omni pietatis & ob-
seruantiae cultu perpetuò
colendiss.

Gratitudinis testificandæ ergo scriptum

A

IOANNE PERCA TEVSCH-
NICENSI. F.

Prid. Calend. IXbris Anno τῆς τοῦ Χριστοῦ χριστοῦ
1586,

Non refert multis, sed placuisse bonis.

LIPSIAE,

Georgius Defnerus excudebat.

Suo beneficij
LL studijsq; Guntorij v Coll
In fruaturi
sic ad e

Nat

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



Hoc operis libri ad hanc Universitatem donum
Nomine HERONI MILENII publice summi GANCI
Mensis Junij anno millesimo octavo
Hoc operis libri ad hanc Universitatem donum
Quinque annos post mortem donum
F. Mülleri donum
Hoc operis libri ad hanc Universitatem donum
Quinque annos post mortem donum
Ipsius P. P. Peperus
Decimannum concordans etiam
Quicquid in libro isto
Hoc operis libri ad hanc Universitatem donum
Decimannum concordans etiam
Gaudens
Hoc operis libri ad hanc Universitatem donum
Cantus Vesperum
Gaudens
Ac virtus sedes avicula duxit novam
Hinc sedes regnauit regnauit duxit
Debet quoniam quia causam mutationis
Tuncque regnauit regnauit duxit
Alienus regnauit regnauit duxit
Praevisi montis dum inas lumina recuer
Hoc est enim fortis laetus successus
At prius fortis laetus successus
Gallus Prodigies celestis successus

Soph: Χάρις ἀεὶ τὴντει χάριν.

Carmina Piōrides celebrate genethlia Musæ,
 Vt prius hæc scopis verla sit alta domus.
Hospes enim nostris laribus succedit Apollo,
 Parnassi, montis qui iuga summa tenet.
Thespia dumq; chorus totus succedit ijsdem,
 Argutæ tractans plectra canora lyræ.
Invisit nostros Nérēia turba penates,
 Depromens dulci carmina multa sono.
Hinc ædes resonant, fuerant quæ mortua surgunt,
 Ac vitam credas vivere quæq; novam.
Gratari thalamum dices & Saxa moveri,
 Gaudia iurares quæq; notare sua.
Causa subest, etenim nunc annua tempora curru
 HIERONYMI retulit phœbus ab axe, suo.
Hæc postquam redière, nequit de more silere
 Quicquam, sed dominodat bona vota suo.
Declarant concepta lares sua gaudia mente
 Læta, quæ Phœbus divite sorte tulit.
Hunc agitare diem saltu cytharaq; iuvabit,
 Et mustum nostris & dare thura focis.
Quin votis hæc quæ genitalia festa requirunt,
 Ipse canit Phœbus sit peragenda dies:
Hæc vobis sit sacra dies Heliconis alumnis,
 Hanc toties, quoties, concelebrate reddit.
Haufit enim primas illa vagitibus auras
 Musarum lumen nobile, grande decus,
Nomine HIERONYMVS dictus cognomine GVNther,
 Hoc genus imposuit, sed dedit illud homo.
Scilicet aspersus sacra baptismatis vnda
 Vt fuit, eximum nomen & omen habet.

A 2

Nam

Nam puer & iuvenis , vir factus , & hactenus annis
Seris , hic legum cultor amansq; fuit .
Non fuit Herculeo superari labore passus ,
Tantalea vixit non fuit ille siti .
Non secus ut fumo leuis obruta saepe favilla .
Excitat ardentes mota subinde faces ,
Et velut herba modo terræ commissa subiectæ ,
Naturam dulci monstrat odore suam :
Sic quoq; ne lateant ignava per ocia vires .
In se transfusæ nititur ipse puer .
Parvus & ingenitæ naturæ semina tractans .
Indolis eximiae dat documenta suæ .
Innuit & qualis quantusq; sit ipse futurus .
Olim , quæ sit spes concipienda patri .
Excolit ingenij dotes studioq; labore .
Vt iuvenis phyliræ docta lycea petit .
Scripta Stagiritæ , queis mira recondita vis est .
Doctrinæ versat sedulus usq; bonæ .
Coniungens etiam veterum monumenta sophorum ,
Quid succi monstrant pervigil ille videt .
Nec satis est varijs rerum lustrasse recessus ,
Sed mores etiam composuisse iuvat .
Ethica , quæ vitæ tradit præcepta salubris ,
Principium studij iuris & huius erat .
Hinc illi laurus defertur prima , secunda .
Defertur , tanto præmia digna viro .
Inde sibi legum tractare volumina sumit ,
Virginis Astrææ sensaq; nosse Deæ .
Doctoris titulo , devictis hostibus , ille .
Ornatur , fama vivit , honore viget .
Ipsius est celebris spectata scientia iuris .
Iam satis , est huius gloria magna satis .

miu.

Hic

Hic à consilijs, multis est, Curia floret.
Hoc florente, vigent atq; theatra, viro.
Sæpius extremas hinc accersitur ad oras,
At domus absentem rostra forumq; vocant.
Sic foris atq; domi peraguntur plurima tanti
Luminis auxilio consilioq; gravi.
Sic, benè si memini, Musas affatur Apollo,
HIERONYMI mandans concelebrare diem.
Mox verò surgunt omnes Helicona colentes,
Dicentes præstò phœbe supreme sumus.
Te, Pater, audimus, tua sceptra tremenda veremur,
Ad tua nos primitæ iusta verenda sumus.
Fidibus ergo canunt, chordas tanguntq; sonoras,
Phœbus ut Aöniam percutit ipse lyram.
Ad sacras tendunt ædes, altaria donis,
Annua Hieronymi festa colendo, premunt.
Inde sui veniunt iterum cultoris ad ædes,
Placantes patrios thure meroq; lares.
Interea famuli bene culta palatia pulcherrima
Ornant, & Cereris munera larga ferunt.
Thyrsigeri, viros animosos, dona Lyæi
Quæ reddunt, statuunt ordine disposito.
Accumbunt Musæ genialis munera cœnæ
Sumentes, primas Phœbus Apollo tenet.
Accipit Aetiacus redolentia pocula Phœbus
Ambrosiæ succum Nectarumq; merum.
Obseruant dominum vulgataq; iusta capessunt
Thespiades, animos exhilerantq; suos.
Vtq; peracta fuit largissima cœna, remotis
Mensis, dicuntur vota precesq; D E O.
Post, ludit cythara phœbus, citò ducere pompas
Cœtus solennes incipit Aónidum.

Hic

A 3

Quin

Quin phœbus ducendo chorum procedit & ipse,
Exultant Nymphæ fœmineumq; genus.
Sic animo peragunt hilari vultuq; sereno,
Quæ sacra tutori festa fuere suo.
Oceaniq; suos gelidas vt dicit in vndas
Phœbus equos, Musas mox iubet ire domum.
Quæ postquam grates magnas dixerat patrono,
Nestoris optantes secula longa, senis,
Ad sua parnassi tendunt iuga summa redire,
Ut cœpit dulcis corpora fessa quies.

Hisce vir eximia præstans pietate, colende
promotor, votis, iungito vota mea.
Vota dies poscit, benefacta q; vota requirunt,
Quæ tua porrexit dexta benigna mihi
Vt tua præ reliquis Excellentissime DOCTOR
Erudienda mihi pignora chara dabas.
Et Quamuis mutare locum, ratione iubente,
Contigit, & sedes sit mihi nunc alia:
Mens eadem seruata tamen fuit, atq; voluntas
Pristina, mutatum non fuit officium.
Sed quoties vestras accessi gressibus ædes,
Ianua, quod celebro, semper aperta fuit.
ERGO cùm gratæ mentis mihi significandæ
HIERONYMI dicent tempora materiam,
Grata quidem vellem mentis vestigia gratæ
Dura modo sinerent fata, probare meæ,
Sed quod præterquam nunc sors neget æqua referre,
Occurrunt numeris verba nec apta suis.
At licet vsq; negent nervos aurumq; Luculli
Fata, sit ingenij sors inimica mihi:

Vota

Vota tamen pro te libabo cordis & oris
Spectata præstans vir pietate , D E O .
Et mea stelligeri missurus ad æthera cœli
Vota, DEO mentis gratæ holocausta feram.
Quod tua non sævis fuit hæc nus obruta cymba
Ventis, sed vidit littora salva maris.
Quæ maneat posthac infracta per æquora iacta,
Ad portum velis naviget atq; bonis.
Sic tibi producat Lachesis longissima vitæ
Fila , nec impingant in mala fata pedes.
Nulla thorum vestrum turbent incommoda, nulla
Natos & natas vexet amara lues.
A curis animus vacuus sit , libera curis
Mens, fugiant sensus cura dolorq; gravis.
possis vt auxilium tutò prodesse petenti
Diuini tollens iurgia iuris ope.
In primis Themidis iuvenes qui castra sequuntur
Instituas, doceas, erudiasq; bonos.
Et Baldi casus, titulos textusq; probata,
Explanes phœbi, sedulitate, choro.
Subueniasq; mala qui paupertate premuntur,
Anchora quin Musæ firma sis ipse meæ.

Ceflo : dies quamvis NATALIS plura requirat,
Vobis ne sint hæc pauca molesta rogans.
Sunt iejuna quidem satis , elimata nec arte
Vlla , sunt tanto dona minora viro.
Non ego Mæonidis lustravi sedulus hortos,
Hic Naso siluit conticuitq; Maro.
Nec licet Ascræus canat ac Rhodopeius Orpheus
Laudibus extollent hæc benefacta satis.

Sed

Volo



76 4645 KK

Sed voluisse sat est: animi sint ista character
Grati, quæ cecinit carmina, Musa, rogo.
Decantata dies natalis festa sit huius
Anni, HIERONYMI versibus hisce satis.
Si quando nobis hanc Phœbus ab axe reducet,
Piériæ forsan tunc meliora canent.
Interea nos dextra D E I tegat atq; gubernet,
Sit spes vna D E V S nostra, sit vna Salus.
Hæc verò vobis patronे colende quotannis
Auspicijs lætis surgat ab axe dies.
Poma quot Autumnus dat, quot producit & uvas,
Grana quot altrici mandat arator humo:
Tot bona contingent vobis dum vita manebit,
Tot ferat & præsens commoda mille dies.
Cætera supplebis D E V S, & meliora repones
Ipse, mea quām sunt dona rogata, prece.
Aevi tu dominus, vitæ largitor & autor
Donorum, quotquot mundus & astra tenent.
Fidentes vere tibi nulla pericla timebunt,
Fidere felices qui didicere D'EO.

Ἀεροδίσοιχον.

Libra CapVt Cœli CIIgnI VergentlbVs astrIs
Vt fert, HIERONYMVS festa regressa CoLIt.

A L I V D.

HieronIMI DIVI soLennIa festa qVotannIs
PhœbVs eqVI srVbelIs prosperiora ferat.

M.C.

B.I.G.

Farbkarte #13



QK. 245. (X2000399)

39 Carmen Elegiacum,

Z 6
4645

IN NATALLEM
CLARISSIMI, EXIMIA
PIETATE, DOCTRINA, ERV-
ditione, dignitate & meritis in Rempub.
literariam ampliss. & præstantiss. viri Dn.
HIERONYMI GVNTHERI,
Philosophiæ ac I. V. Doctoris, ac LL. in
inclita Academia Lipsensi Professoris pu-
blici, nec non supremæ curiæ iudicij prouincialis
Aduocati dignissimi , Dn. promotoris &
patroni sui loco omni pietatis & ob-
seruantiae cultu perpetuò
colendiss.

Gratitudinis testificandæ ergo scriptum

A

IOANNE PERCA TEVSCH-
NICENSI. F.

Prid. Calend. IXbris Anno τὸ τῷ χριστὸποχὸς
1586,

Non refert multis, sed placuisse bonis.

LIPSIAE,

Georgius Defnerus excudebat.

Suo beneficio
LL studijsqnti v coll
in suuori
sic ad 12